LOHNER

BIBLIOTHECA
MANUALIS
CONCIONATORIA

2

BV4224
L6
v.2
1869-74

006685

EX LIBRIS
HEMETHERII VALVERDE TELLEZ
Episcopi Leonensis

1080015295

R. P. TOBIAS LOHNER

BIBLIOTHECA

MANUALIS CONCIONATORIA

ORDINE ALPHABETICO DIGESTA.

AUGUSTA VEROMANDUORUM, EX TYPIS J. MOUREAU.

TOBIAS LOHNER

BIBLIOTHECA

MANUALIS CONCIONATORIA,

ORDINE ALPHABETICO DIGESTA;

Novis titulis adaucta; sententiis SS. Patrum et Doctorum illustrata;
Similitudinibus, Motivis, Mediis, et Doctrinis Asceticis locupletata;
ingeniosis pro formanda concione in omnia themata conceptibus referta,
ac indice concionatorio in Evangelia festorum et dominicarum, nec non indice generali adornata.

EDITIO NOVISSIMA ET ACCURATISSIME EMENDATA;
AD COMMODIOREM USUM IN QUINQUE TOMOS DISTRIBUTA,
CUI ULTIMO ACCEDIT OPUSCULUM:
INSTRUCTIO PRACTICA DE MUNERE CONCIONANDI, EXHORTANDI ET CATECHIZANDI;

CURA ET STUDIO

DD. Alphonsi CORDIER et Joannis-Baptistæ BAUD,
SACERDOTUM AC THEOLOGORUM.

TOMUS SECUNDUS

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria
UNIVERSIDAD DE NUEVO LEON
Biblioteca Valverde y Tellez

LUTETIÆ PARISIORUM,
APUD HIPPOLYTUM WALZER, BIBLIOPOLAM,
Viâ vulgò dictâ de Vaugirard, 21.

M DCCC LXIX.

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ
45295

BV4224
L6
V.2
1869-74

Capilla Alfonsina
Biblioteca Universitaria

CAPILLA ALFONSINA

FONDO EMETERIO
VALVERDE Y TELLEZ

BIBLIOTHECÆ
MANUALIS
CONCIONATORIÆ

DILECTIO INIMICORUM.

QUOAD ESSENTIAM.

Definitio. — Est actus charitatis, quo inimicus propter Deum diligit. Matth. v, 44.

Actus. — Sex sunt præcipui actus hujus dilectionis. Primus est pro eis *orare*, ut Christus indicavit: Orate pro persequentibus et calumniantibus. Secundus actus est, *bene loqui de illis*, juxta illud Christi: Benedicite maledicentibus vobis. Luc. vi, 18

Tertius est *salutare*, etsi ipsi non salutent, hinc et Christus Apostolis præcepit, ut in quamcumque domum, etiam inimici, introirent, dicerent illi: Pax huic domui. Quartus est *benefacere*, tam in anima, quam in corpore; uti Apostolus Romanos monuit dicens: Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Rom. xii, 21.

Quintus est *mutuum dare petentibus*; quemadmodum iterum Christus monuit dicens: Diligite inimicos vestros, et mutuum date nihil inde sperantes. Luc. vi, 25. Ibid.

Sextus est *gratis dare* : Sic enim, inquit Christus, eritis filii Altissimi, quia ipse benignus est super ingratos malos.

EX S. SCRIPTURA.

Qualitas. — Ego dico vobis: Diligite inimicos vestros, benefacite his, qui oderunt vos, et orate pro persequentibus, et calumniantibus vos, ut sitis Filii Patris vestri, qui in cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, et pluit super justos et injustos. Matth. v, 44.

Benedicite persequentibus vos. Benedicite, et nolite maledicere. Rom. xii, 14.

Si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi; hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput ejus. Noli vinci a malo, sed vince in bono malum. Rom. xii, 20, 21.

Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum. Si videris asinum odientis te jacentem sub onere, non pertransibis, sed sublevabis cum ipso. Exod. xxxii, 45.

Estote invicem benigni, misericordes, donantes invicem, sicut et Deus in Christo donavit vobis. Eph. iv, 32.

Non quæras ultionem, nec memor eris injuriæ civium tuorum. Lev. xix, 18.

Omnis injuriæ proximi ne memineris, et nihil agas in operibus injuriæ. Eccl. x, 6.

Fatuus statim indicat iram suam; qui autem dissimulat injuriam, callidus est. Prov. xii, 16.

003385